

in hac Urbe constructas ære tuo moles contem-
plamur, solida utcumque sint, quadratisque la-
pidibus edificata, aliquando ætas evertet, ne-
que proderunt ad æternitatem, quam tibi typis
nostris melius fortasse comparamus. Sed falsus
ego sum. Tute ipse tibi ab adolescentia compa-
rasti, cum primum prudentiæ specimen INNO-
CENTIO XI. Pont. Max. Romæ præbuiſti, tan-
tamque in animo SANCTISSIMI PRINCIPIS
de Te spem excitasti, quantam in administra-
tione Sacrorum, & in tractandis Apostolica Se-
dis negotiis impleviſſe cognovimus. Hinc amor
gravissimi Viri erga sacra militiæ tyronem, &
liberalitas adhibita non sine felici omine, cum
Te regendo Cratissolii Monasterio in sui locum
suffecit, animo fortasse præſagiens futurum fore,
ut per minores eos gradus, quos ipse ascenderat,
Tu quoque ad supremam dignitatem aliquando
pervenias. Vigilantiæ deinde tuæ gratissimum
Reipublicæ monumentum reliquisti, cum obscæ-
nis undique nuntiis allatis de sævissima lue per
maritima commercia crassante, ad Centumcel-
larum portum Commissarii, ut ajunt, potestate
ablegatus diu noctuque vigiliis occupatus caput
Ipse tuum saluti publicæ devovisti, totusque la-
boribus & inclementi cælo gravatus aliena peri-
cula timens, de proprio non cogitasti. Non me-
morem quanta fide ac diligentia Quæstorium
munus exegisti, quando Apostolicæ Camera ra-
tionibus ineundis præsidebas, minus Te cogni-
tum officium, & graviora negotia prudentiam
tuam